Salve Regina

Salve Regina, Mater misericordiae

vita, dulcedo, et spes nostra, salve.

Ad te clamamus exsules filii Hevae,

Ad te suspiramus, gementes et flentes

in hac lacrimarum valle.

Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos

misericordes oculos ad nos converte;

Et Jesum, benedictum fructum

ventris tui,

nobis post hoc exsilium ostende.

O clemens, O pia, O dulcis Virgo

Maria.

Veni Creator Spiritus

mentes tuorum visita,

imple superna gratia,

quae to creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus

altissimi donum Dei,

fons vivus, ignis, caritas

et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,

digitus paternae dexterae

tu rite promissum Patris

sermone ditans guttura.